

RESCRIPTUM BEATI PAPAE DAMASI AURELIO ARCHIEPISCOPO DIRECTUM.

Reverentissimo fratri et coepiscopo Aurelio Damasus.

Scripta sanctitatis tuae debita veneratione suscepimus, in quibus sitire venerationem ac prudentiam tuam apostolica instituta, ut dignum¹ erat, cognovimus.

- 5 Qua de re quaedam ex his, quae petisti², misimus et quaedam adhuc, cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beati Petri principis apostolorum sine praedecessorem nostrum praetermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Amonium presbyterum et Felicem diaconum sub certis signaculis non mitteremus. Quae te et custodire optamus et aliis praedicanda ac³ publicanda mandamus, ut ab omnibus⁴ inviolate⁵ debita⁶ veneratione custodiantur et inviolate⁷ serventur atque ab
- 10 omnibus futuris temporibus diligenter venerentur⁸, quia violatores voluntarie canonum graviter a sanctis patribus iudicantur⁹ et a sancto spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur, qui¹⁰ contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut praefixum est, aliquid aut proterve agunt aut loqui praesumunt aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim praesumptio manifeste unum
- 15 genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam, ut iam praelibatum est, contra eum agit, cuius nisu et gratia idem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere¹¹ solet, et ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis saepissime illudit, ut pro salubribus¹²

Quellen:

3: *Scripta sanctitatis - suscepimus*, init. rescr. Honorii aug. ad Bonif. I. (II. no. 31).

10: *quia violatores voluntarie canonum*, cf. Clem. 33.

16-18: *Diabolica vero nequitia - nocitura persuadeat*, Leon. M. ep. 44. c. 2. (1, 913).

Rezeption:

3-26: *Scripta – ostendat*: Coll. Ans. ded. III,9

10-14: *violatores – consentiunt*: Deusdedit I,98

10-16: *violatores – canones*: Anselm v. Lucca III,109; Gratian C. XXV, q. 1, c. 5

¹ dignum erat] dinumerat A367

² petisti *interlinear wiederholt* V630

³ ac publicanda *fehlt* V630

⁴ omnibus inviolate] omnibus *korr. aus* omnibus inviolate V630

⁵ inviolata A367

⁶ debita veneratione custodiantur et inviolate *fehlt* I83

⁷ inviolata A367

⁸ diligenter venerentur] diligentur venerent V630

⁹ iudicantur et a sancto spiritu cuius instinctu ac dono dictati sunt damnantur *korr. aus* iudicantur V630

¹⁰ quia I83

¹¹ fallere *korr. aus* falli V630; falli N442; I83

¹² salubribus *korr. aus* salubris V630

nocitura persuadeat. Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu dei conditi et totius mundi
 reverentia consecrati, fideliter a nobis est scienda et diligenter tractanda, ne quoquo¹³ modo
 20 sanctorum patrum statuta absque inevitabili necessitate, quod¹⁴ absit, transgrediamur, sed fidelissime
 per ea gradientes cum eis, qui eos instinctu condiderunt divino¹⁵, mercedis gloriam et laboris
 cumulum eorum meritis auxiliante domino habere mereamur. His itaque rite deliberatis et ad
 ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos eorundem sanctorum
 canonum regulis summopere convenit, ne in aliquo eis obviare quorundam ignavia faciat, sed vestra
 25 sapiens et sana doctrina, quae cupit vos per omnia placere deo, illis coheredes et participes
 caelestis regni in sedibus fideles cooperatores ostendat. Data sextodecimo Kal¹⁶. Iunii, Gratiano et
 Siricio, vv. cc. cons. EXPLICIT¹⁷

Quellen:

18-20: *Idcirco norma sanctorum - transgrediamur* sec. eiusd. ep. 14. c. 2. (1, 687).

22-24: *His itaque rite - regulis summopere convenit*, Fel. III. ep. ad ep. Sicil. c. 6. (H. no. 7!)).

26f.: Nota cons. fictitia.

¹³ quoquo modo] quomodo VD38

¹⁴ quod *korr. aus* quod quot V630

¹⁵ divino - EXPLICIT *fehlt* VD38 (*Blattverlust*)

¹⁶ Id. V630

¹⁷ EXPLICIT *fehlt* N442